

REGNUM.

2. Regnum autem quodvis *materiali-*
ter significat multitudinem perso-
narum & rerum.
3. *Formaliter, actum* seu ordinem quen-
dam moralem,
4. nempe, *gubernationem*, quâ ab unius
providentiâ cætera dependent.
5. PROVIDENTIA, *consilium* præcipuè
notat,
6. hoc est, *notitiam & voluntatem*, quâ
ordinantur media ad certum finem:
7. connotata tamen ferè etiam *execu-*
tione consilii.
8. Continet autem omnis guberna-
tio, seu dependentia moralis, & *jura*
& *facta*;
9. quorum utrumque fundatur 1. in
notitiâ 2. *potentiâ*, 3. *voluntate bo-*
nâ vel malâ.
10. JUS est ordo quidâ seu *potentia ad*
agendum citra *defectionem & inordinati-*
onem voluntatis.